Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8457
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

dixerunt, Viri galilei quid
statis aspicientes in celum?
Hic ihs qui assumptus
est a uob in celum: sic veniet
quemadmodum vidistis eum
euntem in celum. Alla:
Ascendit ds in iubilatione et
dns in voce tube. Alleluia:
Ascendens xps in altum captiua
duxit captiuitatem dedit do
na hominibus. Finiotem.
In illo t. Recumbentibus
unde cum discipulis appa
ruit illis ihs et exprobra
uit incredulitatem illorum
et duriciam cordis; quia
his qui viderant eum
resurrexisse no crediderant.
Et dixit eis. Euntes in mundum
universum: predicate evangelium
omni creature. Qui credi
derit et baptisatus fuerit
salvus erit: qui vero non
credidit condemnabitur.
Signa autem eos qui cre
diderunt hec sequentur. In nomi
ne meo demonia eicient:
linguis loquentur novis.
serpentes tollent. Et si
mortiferum quid bibent:
no eos nocebit. Super egros
manus imponent: et bene
habebunt. Et dns quidem
ihs postquam locutus est eis
assumptus est in celum;
et sedet a dextris dei. Illi aut
profecti predicaverunt ubique
domino cooperante et ser
mone confirmante, sequentibus
signis. Offertorium. Ascendit ds in
iubilatione et dns in voce tube alla.
Suscipe domine, secreta.
Munera quo pro filii
tui gloriosa ascensione offerimus,
et concede propitius; ut a p
sentibus periculis liberemur,
et ad vita perenna eternam
perveniamus. Per eundem. Prefatio. Qui post resur
rectionem. Communicantes, ut
ibidem habetur. Communio. Psallite
deo qui ascendit super celos
celorum ad orientem alla. Post com.
Tribue quesumus omnipotens deus;
ut nunc festivitatis
hodierne illuc nostra dirigat
intentio, quo in tuo unigenito
tecum est nostra substantia.
Qui tecum. Dominica post ascensionem.